

X. 4° 22^b

(car. 3, 524, 25.)

8

PRO-CANCELLARIUS
D. FRIDERICVS FRIES,

FACULTATIS JVRIDICAE ASSESSOR ET
CVRIAEE SUPREMAE ADVOCATVS
SOLENNEM

IN VTRQVE JVRE

PROMOTIONEM DOCTORALEM
VIRI PRAENOBILISSIMI
DOMINI

JO. GODOFREDI WORMII

CHEMNIZIO MISN.

DIE XXXI. JULII A. O. R. MDCCXXXII.
CELEBRANDAM
INDICIT.

LIPSIAE

LITERIS ZEIDLERIANIS.

7a

PRO-CVNGELIYRIAS
D. FRIDERICAS FRIES,
RAGATATIS LARIDIGA ASSessor ET
CARTAR. EXCEMTE ADJACETAS
SOFENIUM
KARTOGRAPHA
PROMOTIONEM DOCTORALIEM
AVI TALENTORUM
D. O. M. I.
IO. GODEFRIDI WORMII

CHIEMINGIO MIEN
DE XXXII JUNI XCV MDCCXXXIX
CETTERANDW
INDICIT

D 14.21 A 2
PRO. S. D. B. R. V. N. S.



Ajestatis & jurium ad
eam pertinentium tan-
tum esse honoris, ex-
cellentiæ & dignitatis,
fastigium ut vix pretio
æstimari possint, adeo-
que ceu præstantissi-
mum thesaurum ha-
benda, nemo erit, qui contradicere ausit, pro-
drea ii, quibus competunt omni labore, cura
& studio eo allaborant, quo conservent, tuean-
tur ac adaugeant. Idque demum iis eo magis
incumbit, quibus a summo aliquo Reipublicæ Re-
ctore pars aliqua eorum communicata fuit. Nam
hoc fieri solere quotidiana docet experientia, sive
id fiat privative sive cumulative, nihil interest, sic

A 2

eius:

eiusmodi communicatio vel per modum privilegiorum vel beneficiario jure vel alio modo, interdum titulo lucrativo, interdum oneroso, aliis tribuitur. Hujusmodi juribus, quæ plerumque in alios transferuntur, præprimis annumeramus jurisdictionem, nam impossibile est, ut ille qui Majestatem tenet, omnibus imperare possit, itaque in alias partem curarum transferre necesse est, inquit ZIEGLERVS de jure Maj. L. 1. Cap. XXVII.

¶ 2. Propterea quibus concessa Jurisdictionia a Principe, omni diligentia caveant, ne Principi aut ipsis præjudicium fiat aut quacunque ratione violetur, quod sine metu animadversio-
nis intermittere non poterunt. De jure itaque adversus turbatores, remedii juris sive petitio-
rii sive possessoriis utuntur & actiones instituunt, ut a turbationibus abstineant & damna resarciant, neque, modo legitime id fiat, auxilio judicis destituentur. Hinc in judiciis Imperii pro ratione circumstantiarum dantur mandata sine clausula de quibus LVDOLFF de jure Camer. pag. 120. 142. BLVM. de process. Cam. Tit. XXXIV. MOSER de Mand. sine claus. cap. 2. testantur. Et in curiis provincialibus Saxon-
icis decernuntur Inhibitiones pœnales, quibus turbatus in possessione tutus redditur. Sed in-
terdum primo intuitu actus aliquis pro turbatione habetur, qui tamen non est, adeoque a litigiis frustraneis abstinentum. Enasceitur mihi exinde Quæstio haud levioris momenti, Num etiam

etiam illud pro violatione aut turbatione Jurisdictionis, ita ut vindicari possit, sit habendum, si quis, in alio quodam loco judicis officii partes tenens, subditis suis, adhibitis Scabinis & Professoribus sui judicii, jus dicat, in loco aliquo alterius Jurisdictionis, quod olim præprimis, sæpius factum esse scimus, cum director judicii, alium locum, quam ubi locus ordinarius erat, inhabitabat. Fateor, ingentem numerum Doctorum, qui de exercitio Jurisdictionis in alieno territorio, plurima nobis tradiderunt, inveniri, præprimis cum ad L. 2. ff. de officio pro cons. & ad L. 36. ff. de adopt. aliquid commentandum esset, ast tamen meditationibus nostris aliquid adhuc reliquum esse putamus. Jurisdictionis species, qua in contentiosam & voluntariam distinguitur, separandas & de prima specie prius agendum esse, erit præmonendum. Pro generali regula, a Doctoribus traditur, qui in alieno territorio actus ad jurisdictionem contentiosam pertinentes exercet, territorium violare dicitur ideoque injuriarum tenetur. GAIL. de Pace Publ. lib. 1. cap. 17. num. 27. FINCKELTH. Observ. 49. num. 11. LATTERB. Disp. de Voluntaria Jurisdictione §. 51. Ast si penitus inspiciamus sensum eorum ac rationes adhibitas, meo judicio, eo tantum sunt directæ, quod ejusmodi judex extraneus, in alterius judicis subditos, in hujus territorio, ab omnione cognitione abstinere debeat, ni actionem injuria-

riarum expectare velit. Id quod judicare licet
ex rationibus adiectis, quae sunt; Extra terri-
torium jus dicenti impune non paretur. Ju-
risdictiones non sunt confundendæ. Judex
extra territorium pro privato habetur. Incon-
veniens habetur falcem in alienam messem immit-
tere. Senentia vel decretum non valet in terri-
torio in quo alter nihil juris habet, vid. FIN-
CKEL TH. *dict. loc.* Verum enim vero hæ qua-
stionem nostram non tangunt, loquimur enim
non de subditis alienis sed propriis, in quos in
alieno territorio Jurisdictionis exercitium susci-
pitur. Cujus casus specialis mentionem nullus
eorum injectit, quos evolvere licuit. Sive ratio-
nes negativæ sive affirmativæ decisionis conside-
rem, non desunt ex utraque parte sui præ-
gnantes. Siquidem si negativam amplecti
velim, & quæ personas & quæ locum attin-
gunt, rationes reddere possum. Nam quoad
personas, judici loci nulla competit jurisdiction
in exterios & alterius subditos, qua propter nec
is sibi arrogare potest cognitionem controversia-
rum & litium inter eos ortarum, ex quibus se-
quitur, quod nec cognitione in subditum subdu-
catur, in quo alias damnum ac præjudicium
consistere poterat, multo minus de commodis
ac emolumentis sibi subtractis conqueri poterit,
siquidem, cum cognitione ipsa ei non competat,
& jus exigendi portulas aut alia commoda defi-
cit. Quod locum attinet, obstat, quod nec ex

eo

eo damnum aliquod sentiat judex loci , nam nihil
ad est , per quod jurisdictionis suæ impedimen-
tum aliquod afferatur certe ejusmodi impedi-
mentum non appetat , nihilominus enim jurisdi-
ctio , judicis loci manet salva' ac integra , etiam si
alius in loco aliquo privato jurisdictionis actus
exerceat , adeoque si actionem instituere vellet ,
medium concludendi , scilicet jurisdictionis mea est
impedita aut damnum passa , deficiet . Neque
obstat videatur , si judex loci fundamentum
actionis suæ in eo collocare velit , quod jurisdictionis
sit in patrimonio ejus , quod solus sit Do-
Dominus jurisdictionis , nemo de alterius patri-
monio invito Domino sibi aliquid arrogare de-
bet , his enim facile obviam ire alter poterit ,
respondendo , Dominio tuo nihil detraxi habes
hoc omni ex parte solvam & integrum , Ast
quid si confugiat judex loci ad Textum ordin.
Proc. recog. ad Tit. n. §. 4. & quidem hæc verba :
Gestalt hinkünftig alle Handlungen , so viel
die actus contentiosæ jurisdictionis betrifft , nir-
gends anders , als an denen Orthen , wo einer
die Gerichte hat , von denen darzu bestellten
Personen vorzunehmen und zu expediren , und
was dem zuwieder in frembden Gerichten ,
ob gleich ex compromiso partium , geschiehet ,
vor null und nichtig zu achten , auch die Contra-
venienten willfährlich zu bestraffen ? Facilis
sorte erit responsio , nam sine dubio ea , quæ
hic
mico

hic disposita sunt, favorem subditorum respiciunt, ne extra locum judicij ordinarii evocentur, id quod his non tantum molestum, sed & novum onus imponitur, quod in se suscipere non sunt obstricti, oriuntur ex inde lites, an actus subsistat, cum locum hic inveniat. *L. fin. ff. de Jurisd. Extra Territorijm*
jus dicendi impune non paretur; Gui malo medelam afferre voluit Potentissimus Legislator, sed tertio ius agendi aut prohibendi, de quo tantum quaestio est, exinde non oritur, & ne exempla desint restatur *PAVLVS BVSSIUS Commentario ad Pandectas ad L. 2. ff. de officio Procons.* Transsilvaniae admissum esse, ut judices unius territorii etiam in alterius territorio consensu partium jurisdictionem contentiosam exerceant, idque etiam ad instantiam partis, quae id sumptibus suis postulet, unius. Pro affirmativa autem sententia stabilenda facit, quod nihilominus, cum Jurisdictione illa in patrimonio judicis sit constituta, dominii yis ac natura in eo consistat, ut quis exercitium simile prohibere possit. & Territorium judicis loci instantum pro clauso, habendum ut adjutum denegare alteri, qui eodem modo jurisdictioni exercitium suscipere tendit interdicere liceat, haud aliter, quam si parochus alterius ecclesiae coetum suum in alienam dioecesin deducere & ibi sacra celebrare velit, quod interdicere omnino licet. Qualitas judicis loci non paritur, ut aliis ejusdem

dem qualitatis ibidem commorari velit, quemadmodum nec princeps patitur, ut Princeps alterius territorii cum subditis suis territorium suum intret & jura in eos exerceat. Omnis alias, quamcunque alias habeat jurisdictionem, si eum in locum veniat, ubi mihi soli jurisdictione data est, competitque patrimonii jure, nullam aliam quam privati rationem habet, adeo si aetum jurisdictionis exercere audeat, non potest non meum jus turbare & id eo ab introitu & exercitio hocco prohiberi imo repellere potest, ac injuriarum reus fit, aequae ac ille, qui me invito aedes meas vel fundum ingredi conatur L. 16. de serv. præd. ruf. l. 13. §. ult. ff. de injur. §. 12. Inst. de Rer. div. uti scribit HORNIVS Progr. Anno. M DCC XI. edito. Affirmativa sententia merito erit am subscrivimus, præsertim cum supra allegatus textus ordin. proc. recogn. rei huic modum posuerit, quam etiam judex loci suo modo pro se allegare potest, sed instas, haec quæstio novo jure plane est supervacanea, cum modo allegatus textus sub gravissima multa exercitium jurisdictionis contentiose extra locum judicij prohibuerit, ast per eam dispositionem juris non decisa est quæstio, an jus contradicendi judici loci competit, adeoque investigatio hujus quæstionis, si defacto aliquid contra fiat, non inutilis, ut taceam de locis, in quibus dicta sanctio Electoralis non est recepta. Cum ab aetibus contentiose jurisdictionis

B. omnia omnia
COO

ditionis quam maxime differant, quæ ad voluntarium spectant, de iis etiam dicenda essent, sed instituti ratio prolixiorum esse non concedit, & de hac materia plurima jam ab aliis sunt tradita, & præprimis notatu digna, quæ HORNIVS supra allegato Programmate & ILLVSTRIS BERGERVS in supplementis ad elect. Proc. Part. 2. pag. 25. tradiderunt, illud quasi appendicis loco adjicio, ad absurdum esse referenda si judex in subditum suum, qui ultiro in alieno judicio testimonium dixit, animadvertere velit, cum in libero testis arbitrio sit positum, coram alieno judicio scientiam suam revelare, neque judicii competenti jus prohibendi datum est, Nunc ad rem ipsam, cuius gratia hæc sunt susceptra progrediendum, enarranda scilicet est ratio vitæ ac cursus studiorum.

*Viri Nobilissimi atque
Praclarissimi.*

**JOHANNIS GODOFREDI
WORMII,
CHEMNIZIO MISNICI.**

Natus is est in modo dicta civitate celeberrima d. IX. Maji anni M DCC IIX. Patre viro Consultissimo DOMINO JOHANNE GODO

GODOFREDO WORM, Consule istius loci Se-
niore qui jam plus una vice Consulatum summa
prudentia atque autoritate gessit, matre vero nati-
vitate PITTERLINNIA, Præfecti quondam
præfecturæ, Augustusburg dictæ, filia juniori,
a quibus optime educatus, & cum literarum
studiis animum applicare videretur, optimi Pa-
rentes eum initio privata præceptorum in-
dustria, qui prima scientiarum & pietatis ru-
dimenta instillarent, commiserunt, donec ei-
dem humaniora, quæ vocant, in Schola pa-
tria apetere & duætū viri Clarissimi Mag. Da-
nielis Müllerij hujus Licei Rectoris optime me-
riti, nec non beati Mag. Christiani Heinrici
Weisii, tunc Conrectoris postea vero Direc-
toris Gymnasii Altenburgensis, paucis abhinc
annis fatis sunti, fideli opera addiscere li-
cuerit. Quibus pertractatis & cum Scho-
lam supra nominatam per sex annos continuo
frequentasset, ex eadem prævia Præce-
ptorum approbatione, habita oratione vale-
dictoria, de Justiniani in Jurisprudentiam me-
ritis Anno 1726. iterum discessit & Acade-
miam hanc nostram Lipsiensem adiit, ibique
in Philosophia Magistros habuit, Dominum.
D. MULLERVM nunc Professorem Philo-
sophiæ Publ. & beatum D. RVDIGERVM;
Totum deinde se dedit studio juris & usus in-
stitutione Doctorum fidelissimorum & dili-

B 2 gentis.

gentissimorum, Virorum nimirum Prænobilissimorum, atque Consultissimorum Dni. D. FRANCKENSTEINII, DNI D. GEBÄVERI & DOMINI D. BAVERI, sub cuius Præsidio etiam Anno M.DCC. XXIX. disputationem, publicam de *Vafallo* exhaeredante cum laude habuit, denique expleto quadriennio, Juris studio destinato, coram ordine nostro comparuit & Examen quod cum illis qui ad Praxin progredi cupiunt, suscipitur, sim ulque Notariatum petiit, quod & utrumque obtinuit, quo peracto, nutricem theoriae, hanc academiam nempe, dimisit, & in simum matris, seu Academiam Praxeos, Dresdam puta, optimo consilio, se contulit, nunc vero ad altiora tendens iterum ordinem nostrum adiit & mentem suam, quod honores Doctorales ambiat, aperuit. Cumque nobis jam de profectibus ejus constaret, libenter admisimus, in examinibus iterum cum tam a nutrice quam matre optima nutrimenta studiorum insixisse & concoxisse, experti sumus, qua propter unanimi consensu dignus ut petitis satifiat, judicatus. Ea propter proximo die Mercurii qui est XXX JVLII hora promeridiana secunda Lectionem *ad Leg. a. Cod. de Usufruct.* recitat, DIE SEQVENTI JOVIS XXXI JVLII disputationem inauguralem qua disquirit

An

An & quatenus, Jure Saxonico, facto
uxoris, tum successioni, tum usufru-
ctui marito competenti, præjudi-
cium inferri queat?

Sine Præside defendet. Quibus absolutis statim
insignia Doctoris consequetur. Cum autem
Reverendissimus atque Sere-
nissimus Dominus, Dominus
HEINRICVS, Dux Saxoniæ,
Juliæ, Cliviæ, Montium, An-
griæ & Westphaliæ, Episcopa-
tus Martisburgensis postulatus
Administrator, Landgrafius
Thuringiæ, Marchio Misniæ,
& utriusque Lusatiae, Comes
Principali Dignitate Henneber-
gicus,

gicus, Comes Marcæ, Ravens-
bergæ, & Barby, Dynasta in
Ravenstein &c. Academiæ no-
stræ Cancellarius perpetuus,
Dominus meus Clementissimus,
PRO-CANCELLARII munus gratiosissime
mihi demandaverit, ex hac potestate mihi con-
cessa, **Viro Prænobilissimo atque**
Consultissimo, Domino D. JO-
HANNI CHRISTIAN KOENIGK,
Facultatis nostræ Assessori longe
meritissimo Collegæ honoratis-
simo, PROMOTORIS officium hisce
tribuo, qui peracta Disputatione Inaugurali
Doctoralem Dignitatem Candidato conferat,
quo autem hic actus splendidior reddatur
Magnificum Academiæ Recto-
rem, Comites illustrissimos, utri-
usque

*usque Reipublicæ Proceres gra-
vissimos, nec non generosissi-
mos & nobilissimos studiosos,
ea qua decet, observantia rogo, velint dicto
die præsentia sua honorifica actum condecora-
re, pro quo singulari favore exhibito omnia
officia submisæ præmitto. Dab. VII. post*

Trin. Ao. M DCC XXXII.



und der Gelehrten Pionier zu Erba
durch den, der die neue Geschichts-Ar
beit aufzuführen beginnen soll.
Von demselben ist es
der Herausgeber aufgefordert, ebenso
die Herausgabe der Promotions-Examen
der Universität zu verhindern, um
die Universität zu schützen. Der V. H. beg
annet die Arbeit am 1. Dec. XXXII

Ke 1070

f





IA→02

long
3

M.E.







8

7a

PRO-CANCELLARIUS
D. FRIDERICVS FRIES,
FACVLTATIS JVRIDIGAE ASSESSOR ET
CVRIAЕ SVPREMAE ADVOCATVS
SOLENNEM
IN VTRQVE JURE
PROMOTIONEM DOCTORALEM
VIRI PRAENOBILISSIMI
DOMINI
JO. GODOFREDI WORMII
CHEMNIZIO MISN.
DIE XXXI. JVLII A. O. R. MDCCXXXII.
CELEBRANDAM
INDICIT.

LIPSIAE
Literis ZEIDLERIANIS.